



Quadragesimale

Paoletti, Agostino

Coloniae Agrippinae, 1677

Feria II. post Dominicam I. Quadragesimæ. 5. Pœna damni, sive privatio visionis Dei, erit maximum tormentum, quod damnati in die iudicii habebunt, illudque illis infligetur, quando audient sibi dici: ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55672)

*bat in infero ad malum, verit in bonum. Id-
ipsum demon ipsemet licet invitus conficere
debit, qui dum a sancto Hilario, (ut refert
sanctus Hieronymus) reprehenderetur, quod
corpore virginis cuiusdam invasisset, & con-
tando affligeret, eidem Sancto respondit: In
hoc corpore dego, ut servem eam virginem: vel
in vestra igitur custos factus est virginis, & de
sanctis Apostolus exhortatur, ut in tenta-
tionibus semper gaudeamus, dicens: Omne
gaudium exultate fratres mei, cum in tentatio-
ne carnis misereritis, & ratio est secundum
Dionysium Carthusianum: Quia omnia coope-
ratur bonum. Aqua, quae multum agitur,
natura lib. 1. magis purificatur. Servus Dei tantò quoque
periculosius redidit, quantò à diabolicis tenta-
tionibus magis impugnetur: Nulla sunt opera
bonorum sine experimentis tentationum, nullum
bonum sine congressione victo-
ris, nisi quis fuerit sanctus Leo. Unde S. Jacobus ten-*

*tationum utilitatem probè cognoscens, existi-
mabar, invidendum esse ei, qui tentationibus
infestatur, dum ait: Beatus vir, qui suffert tenta-
tionem: sciens fortasse, quòd, ut testatur san-
ctus Pater noster Augustinus: Vita nostra in
haec peregrinatione esse non valet sine tentatione,
quia profectus noster per tentationem efficitur, nec
quisquam sibi innotescit, nisi tentatus, nec potest
nisi qui vicerit, coronari, nec vincere potest, nisi
certaverit, nec certare, nisi tentetur. Tentatio-
nes sunt aurifodinae, unde purissimum merito-
rum nostrorum aurum eruimus. Quantò igitur
perfectiores sumus, tantò cautiore esse de-
bemus, quia ad malum nos attrahere nititur sub
praetextu virtutis. Nolo tamen, ut ob id time-
re incipiat, quippe quibus res est cum in-
imico maxime debili & timidissimo; felices
autem nos, si in tentationibus perstiterimus,
quia ex tentationibus consequemur meritum,
coronas, & gloriam, quam nobis concedat
omnipotens Deus.*

*Jacob. 1.
S. August.
apud Dio-
nyf. ut sup*

SERMO QUINTVS.
IN FERIAM SECUNDAM
DOMINICÆ PRIMÆ
QUADRAGESIMÆ.

Discedite à me maledicti in ignem aeternum. Matth. 25.

Duplicem filii Dei in hunc mu-
dum adventum saepe referunt
Historiz. primi quidem mentio-
nem facit Isaias Propheta, di-
cens: Ecce Salvator tuus venit. Se-
cundus vero Chronista Matthaeus in Evange-
lio hodierno, dum ait: Cum veneris filius ho-
minis in maiestate sua. Verum quanta erit dif-
ferentia secundum in die iudicii, à primo, quan-
do mortalitate nostra vestitus, Tanquam spon-
sus processit de thalamo suo; non jam amplius
colles ob dulcedinem liquefacti, mellis &
lactis distillabunt suavitatem ad nutriendos

in planitie natos flores, vel ad noviter nati Re-
gis comam coronandam, vel denique ad red-
dendum illi odorem suorum tributum: Sil-
labunt montes dulcedinem, & colles fluent lac
& mel; sed potius sublimissimi montes ad
stellas usque se erigentes, & velut immensi
terraz gigantes cum Emyreo certaturi, in-
star agitatae ab Aquilone froadis trepidabunt:
Vidi montes, & ecce erant trementes, & uni-
versi colles turbati à facie Domini, & à facie ira-
ejus. Nunc videtur veluti Sol quidam huma-
nitatis nostrae nube obumbratus, vel veluti vas
quoddam fictile absconditum intra se Divi-
nitatis

*Amos 9.
Jerem 4.*

Handwritten notes in the right margin, including 'X' and '26'.

nitatis lumen concludens: in fine saeculorum
 autem inter furoris sui fulgura & vindicativae
 iustitiae fulmina resplendere videbitur: In pri-
 mo adventu (inquit sanctus Vincentius Ferre-
 rius) *pro redemptione fienda non venit in ma-
 jestate, sed in humilitate & paupertate; at in secun-
 do adventu, quando veniet ad faciendum remun-
 erationem, non veniet in humilitate & pauper-
 tate, sed in tanta majestate & potestate, quod to-
 tius mundus tremat.* In primo adventu velut in-
 cognitus in hunc mundum venit: *Vere tu es
 Dens absconditus,* atque ideo vix etiam a bonis
 agnoscitur; Reversurus autem manifesta-
 bitur peccatoribus: *Dens manifeste veniet,* non
 tanquam objectum beatitudinis, [*Mali enim
 ejus Divinitatem nequaquam intueri possunt,*]
 sed tanquam objectum severitatis ipsam mag-
 no suo damno recognoscent, & tanquam talem
 confitebuntur: *Veniet manifeste,* [inquit Chry-
 sostomus] *non jam celatus in corpore, sicut antea,
 ut vix eum etiam boni cognoscerent, sed ma-
 nifestus in gloria, ut etiam mali eum confitean-
 tur in viis.* In primo adventu jacuit in cunis in-
 ter fascias confectus, ut in discretis humani
 iudicii sententia subiaceret; in secundo vero
 venit in vallem Josaphat, in Majestatis suae
 throno confidens, ut juxta uniuscujusque me-
 rita & demerita bonis gloriae praemia; malis ve-
 ro poenarum infernarum supplicia decerneret &
 dispenseret: *In Majestate Deitatis judicaturus ad-
 veniet, qui in humilitate servus judicandus appa-
 ruisset,* inquit S. Remigius. In Bethlehem aliud
 non habuit famulitium, quam animalium &
 pastorum, e quibus illa oris sui tepido halitu
 hyemis temperabant rigores, hi vero jubilantes
 ad suos recurrerant natales, & rusticanis siltu-
 larum & hirippiorum harmoniis laeticiam in
 noctis sinu velut dormientem excitabant. In
 fine mundi autem ab Oriente Paradisi prodire
 videbitur gloriosa beatorum Angelorum socie-
 tate stipatus, qui tubis v. talem spiritum suum
 inspirantes: *(Mittet Angelos suos cum tuba, &
 voce magna,)* defunctos ex gremio mortis for-
 midabili prorsus voce evocabunt: *Congrega-
 buntur ante eum omnes gentes,* tempus erit, quo
 perversi peccatores, qui ab obstinata iniquitate
 sua excaecati, illum velut caeli terraeque Regem
 tunc noluerunt dignoscere, nec dulces divinae
 clementiae favos dignati fuerunt gustare, pa-
 cem quoque recularunt a caelestis militiae spiri-
 tibus ipsi annuntiatam, amarum bibituri sunt
 ira DEI calicem, dirosque supremam iustitiae
 rigores experientur; tunc scilicet, quo do vide-
 bunt filium hominis venientem in nube: Tunc
 enim [subjungit Chrysostomus] qui contemp-
 runt DEVM in humilitate, cognoscent eum in
 potestate; & qui scire noluerunt, quam dulcis est
 misericordia ejus, sentient, quam gravis sit irae
 jus. Complacuit sibi in primo adventu, ut vel-
 uti amabilis pater inter humanarum miseria-
 rum fructa corporaliter ad gregem suum con-
 gregandum videretur: eundem pietissima
 voce ad caelestis gratiae fontem evocando: *Om-
 nes sitientes venite ad aquas*
 1. Et per viam benedictionum ad Paradisi
 pascuam perducendo: *Dabo in Syon saltem, & in
 Jerusalem gloriam meam;* In fine iterum autem
 gregem suum est bipartiturus, iustorum oves
 ab haedis peccatorum segregando: *Segregabit
 eos, sicut pastor segregat oves ab haedis.* Malos
 quoque maledictionum fulminibus a conspe-
 ctu suo repellendo, per irrevocabilem sententi-
 am ad poenas condemnabit aeternales, nullo
 alio relicto solatio, quam demonum horren-
 da societate. Adeoque peccatores duplici
 poena torquebuntur, scilicet videntem se a DEI
 conspectu prostratos: *Discedite a me maledicti,*
 tunc etiam ex eo, quod sine ulla spe evasione
 ad inferni poenas condemnabuntur: *Ibunt in
 supplicium aeternum.* Ego autem in praesenti
 discursu ex ambabus poenis unam tantum, ut
 ita dicam, diachram decerpendo, aliquid
 gravitatis utriusque poenae vestigium vobis
 daturum me esse spero, dummodo concep-
 tum meum juxta vota deducere licuerit.
 Vos interim auscultatores pariter & iudices
 estote.
 2. Indubitatum est apud sacros Theolo-
 gos, quod animae nostrae, siue conjunctae sint,
 siue separatae intrinsecae, & radicaliter incli-
 nationem & habitatem quandam habeant
 ad ultimum finem ordinatam; pro cuius asse-
 cutione creatae fuerunt, cum sit bonum
 quoddam quodvis aliud bonum in infinitum
 excedens, idque Deus est, qui non obstante,
 quod animae nostrae Dei inimicae sint, atque
 ad aeternas poenas condemnatae, hanc tamen
 naturalem & radicalem tendentiam ad ulti-
 mum finem, ob quem creatae sunt, ab us ne-
 quaquam sustulit. Verum quidem est, quod
 cum propter peccati mortalis obicem ad ul-
 timum finem adsequendum facta sit inhabilis.
 Divi-

S. Vincent.
 2 Dom. I.
 Quadrag.
 serm 1 fol.
 105. col. 2.

Psal. 49.
 Guil. Pa.
 ris serm 2.
 Domin. I.
 Quadrag.
 fol. 50. col.
 2.

S. Chryso.
 stomus

D. Remig.
 avud Lu-
 do ph. Car.
 2 p. cap. 50.
 fol. 300.
 col. 2.

Matth. 21.

Divina Majestas in fluxum suum subtrahat, ne
 dicta inclinatio & habitus suum unquam al-
 teri possit incedere, potentia intellecti-
 vam & voluntatem cum objecto fruibili & glo-
 rificante uniendo, *ita ut* prout Theologi lo-
 quuntur) *non quam talis inatus ordo* & incli-
 natione ad beatitudinem existat in actu secundum;
 et quod ideo appetitus hic semper manet fameli-
 cus, & vana est semper illa inclinatio, tam ob
 impedimentum culpæ, quam ob subtractio-
 nem excellentiæ auxiliæ à Deo dependentis, qui
 omnino non vult, ut ipsorum inclinatio un-
 quam perveniat ad terminum *ad quem* beati-
 tudinis: unde nascitur, quod potentia ipsorum
 in æternum in æternum privatæ remaneant hoc
 hoc objecto, unde alias gloriificate fuissent,
 ad obcommissa scelera sua æternorum suppli-
 catione esse declarate fuissent. Unde anima
 damnatorum, hoc quod ab ultimis finis frui-
 tione prohibita, è contra verò ad æterna In-
 fima tormentata sustinenda relegatae sint ap-
 pondentes, adversus Deum summo furo-
 re accensentur, iustissimam ejus æquitatem
 reatam quam blasphemando: indeque tanta
 in se redit perfidia & rabies, eaque tanto-
 pus illas crucians, ut si possibile esset, &
 Deus iustus iudex per suam omnipotentiam
 & voluntatem non operaretur contrarium,
 illas ab ignis activitate & crudelitate Dæmo-
 norum causatas pœnas, præ hujus solius pœ-
 ne vindictam & atrocitate pensaturi non
 essent. Nam condemnatio ad flammam dam-
 natorum destinans, eis levis esse crederetur &
 tolerabilis, ac verò dum se hoc ultimo fine,
 qui objectum ipsorum beatificum esse debe-
 bat, in æternum privatas declarari audiunt,
 hoc est, quod malum omnium maximum
 quod sit esse arbitrantur. Quod si enim da-
 mnatorum pœna solum in eo consisteret,
 quod est ita ad infernum, utique ad eum ve-
 luti ad nuptias abirent: ac verò hoc, quod est
 malum: *Discedite à me*, extremum est omnium
 malorum & pœnarum imaginabilem. *O in-
 fames infames!* exclamavit Ludolphus Carthusia-
 nus *O dura separatio! O miserabile conditio!*
*liber à me fuisse una indifferencia, à me lumine
 privata beatificanti, ac arrepto voluntatis mun-
 dano, à me plenitudine libertatis inebrianti.*
 3. Hæc separatio aomæ à DEO factis
 Theologis sub aliis terminis pœna damni
 communiter appellatur. Verum quidem est,

quod omnis pœna secum aliquid damnium
 vel gravamen adferat; verum tamen hæc per an-
 tonomiasiam pœna damni denominatur, pro-
 uti à doctissimo Suarez præclare deducitur, *Suarez de
 Angelis
 lib. 8. cap.
 4. num. 8.*
 esse demonstrat, eò quod in se quamvis aliam
 pœnam contineat, quantumvis illa atrox sit &
 dolorosa; est enim omnium aliarum pœnarum
 quinta essentia, & distillata ex omnibus aliis
 pœnis & damnis imaginabilibus. Ad præsen-
 tem discursum sacra Theologiae lumina paulif-
 per adhibeamus, & veritatem utique perspicue
 inveniemus. Etenim damnati & Dæmones
 à DEO sua intelligentia naturali minimè sunt
 destituti; ahàs namque sequeretur, quod non
 sentirent dolorem, dum non apprehenderent
 malum, aut ejusdem disconvenientiam. Et
 hinc est, quod ex quo per suam naturalem in-
 telligentiam sciunt DEUM summum quod-
 dam bonum esse, eum autem videre, amare, co-
 quefui, summam quandam & incomparabi-
 lem felicitatem esse, consequenter deducit,
 quod similiter agnoscant, quod hoc, quod est
 illo summo bono & infinita felicitate se esse
 privatos, damnium vel malum quoddam sit
 omnium damnorum & malorum excogitabi-
 lium longè maximum: Id quod in ipsis tor-
 mentum aliquid caulat ad eò in omni genere
 inextensum, ut quodvis aliud quod pati possint,
 longè excedat, & ob hanc causam animam ali-
 quam DEO, & gratiâ suâ privatum esse, hoc
 inquam per antonomiasiam pœna damni ap-
 pellatur. Verum enim verò objicere quis mi-
 hi poterit, damnatos Deum summo odio pro-
 sequi, nec pati posse, ut ipsum videant, imò po-
 tius desiderare, ut Deus velut objectum ipsis
 prorsus execrabile procul ab ipsis sit remotus,
 quam ut eis proximè sit vicinus. Ergo dum
 illum non vident, hoc non videre DEUM,
 ipsis sublevamen aliquid, non verò molestiam
 adferret; Deumque eis vicinum non esse potius
 ipsis inter tot pœnas constitutus aliquid refrige-
 rium præstabit: Cuiuslibet enim gratum esse
 solet inimicum suum esse in omni possibili di-
 stantia à se remotum & absentem. Respondeo
 igitur, id fortè sequi posse, si talem privatio-
 nem & distantiam ex spontanea ipsorum vo-
 luntate eligerent: Quia verò in scelere suo-
 rum vindictam & pœnam, & veluti visione
 beatificâ omnino indigni DEO privati sunt;
 ideo cum tanta vehementia hoc ipsum appre-
 hen-

Handwritten notes in the right margin, including the word "X" and some illegible text.

headunt, ut animam suam exinde maximo tormento transigi sentiant; cuiuslibet alterius rei futurum facili sustineo; nam aurum & argentum, & reliqua vivens capax esse possit: Ac proinde illam majorem representare aut describere non possem, quam aaron malitice ipsam appellando pœnam damni, quasi quævis alia pœna huic comparata levissima sit; hæc autem sola omnem secum atrocitatem & gravitatem subinferat. Unde Chrysostomus: *Tantum mihi malum videtur de sancta gloria cecidisse, ut gehennam pro nihilo habeam pro hoc damno ac ruina.*

Chrysost. hom. 13 in Epist. ad Philipp.

4. Idque ex hodierno S. Matthæi Evangelio clarè deducitur, qui de reprobis dicit: *Ibunt in supplicium æternum.* Circa quæ verba duæ curiosæ quæstiones menti meæ obveniunt. Prima est, quid sit, & in quo consistat hoc supplicium. Secunda verò, cur dicatur *supplicium* in singulari, & non *supplicia* in plurali? Haud procul à veto me abitarum esse existimarem, si supplicium hoc in privatione DEI summæ boni consistere dicerem, id quod ex eo deduci potest, quod sequitur: *Iusti autem ibunt in vitam æternam,* quæ juxta doctrinam S. Augustini, est summum bonum nostrum. Quod si igitur vita nostra nihil est aliud, quam apprehensio vel consecutio summæ cuiusdam boni, supplicium æternum reproborum erit amissio DEI, & privatio boni cuiusdam infiniti: *Ibunt, Ecce supplicium ipsorum; Ergo cum vita æterna* [inquit quidam modernus] *bonorum sit comprehensio ac fructio summæ boni; supplicium æternum, ad quod mali ibunt, erit privatio consecutionis hujus boni quæ est pœna damni; quæque supplicium in singulari appellatur; cuius si à merationem poposcis, respondebo tibi ex eo, quod in libro Iudicum legimus, ubi certis cuiusdam Michæ domus expoliata fuit omnibus, quæ possidebat bonis mobilibus: Tulerunt qui intraverant sculptile Ephod, & idola, atque confutiles, & omne quod erat pressorium. Eoque rebus omnibus exuto, fugâ sibi consuluerunt, quod Michas advertens, illos insecutus est, donec apprehenderet. Quos cum affecutus esset, inconsolabiliter post eos ploravit, lamentis in caelos usque emissis: Prædatores autem ad eum conversi, fingendo eum interrogarunt: *Quid clamas? Quibus ille respondit: Deos meos tulistis, & dicitis, quid tibi est? Solam, ut videtis, Deorum suorum jacturam deplorat, nulla aliarum rerum ablatarum, quantumvis eæ in auro & argento pretiosæ fuerint, factâ mentione;**

S. August. lib. 19. de Civit. Dei cap. 21.

Luliy. de Aponte in Sapiens Solomon cap. 17. hom. 96. col. 2. num. 2.

Judic. 18.

5. Ut Verbum incarnatum viam sibi statuat ad loquendum de novissimo iudicio, parabolam quandam de decem virginibus, quinque nimirum prudentibus, & quinque fatuis nobis proponit. De hisce ultimis autem loquens, dicit, quod postquam ad domum illam, in qua nuptiale habebatur convivium, pervenissent, quantumvis sponsum, ut ad easdem nuptias admitterentur, rogando, obsecrando, petendo, diu multumque fatigassent, is tamen in earum preces descendere, nisi que nuptialis solemnitatis domum aperiret, & aditum in illam concedere nequaquam voluerit, imò iratus occluso in earundem facie ostio ipsas exclusit, dicens: *Nescio vos, A facie sua illas abegit, omnemque ad nuptias aditum iisdem prohibuit.* Porro Parabolam hanc ea præcipue intentione à Salvatore propositam esse, ut homines dici novissimi iudicii commoneret. Paulus de Palatio expressè docet, dicens: *Parabolam hanc de iudicio extremo intelligi statuo, Cui consentiunt Dion Cardus, & alii.* Ratio est, quia per Sponsum congruè significatur Deus; per domum nuptialem Paradisus cælestis gloria per nuptias, per quinque prudentes virgines, iusti: præsciti autem per quinque fatuas, quas à se repellens, iratus dicit: *Nescio vos: Itane? Ergo ne pro tot commissis sceleribus aliam non sustinebunt pœnâ, quam solam per hæc verba: Nescio vos, illis irrogatam repullam: Credidissent omnino, jam præcipuis præparata esse athena bullientia, incendia nex-*

Chrysost. in 1. Cor. 13. 24. 25.

Exod. 31.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

1. Cor. 13.

tingibilis, torturas Dæmonum manibus in-
 ligandas, obsecros carceres, sulphura, fœto-
 res, larvas horribiles & formidabiles, vermes
 conscientiam corrodescentes, frigora excessiva
 dæmonum fridores causantia, aliaque similia
 tormenta intolerabilia; nunc verò, cum au-
 ditum totam præfectorum poenam in unico tan-
 tum *Nescio vos* consistere, haud immeritò di-
 cere poterò, Dæmonem ad eò atrum, tetrum
 & peon esse, prouti depingitur. Verùm enim
 graviter erras, si id tibi persuades; si qui-
 dem in hisce verbis, *Nescio vos*, nobis ob oc-
 currebat vera poena damni, quæ animas re-
 bellis & infelices à DEO separabit, poena, quæ
 quæritur alias poenas longissimè excedit, quæ
 potest sola præfectorum affligit, adeo ut licet
 omnem illam poenam decedat, hæc sola majus il-
 lum tormentum, quam si omnes alie ad-
 eum volumetissimè torquendum conspira-
 verint. Ita S. Joan. Chrysof. docet, dum
 dicit: *Interdum quidem res est, etiam gehenna:*
quæ non est illud supplicium horribile esse: Ta-
men si mille aliquis ponat gehennas, nihil tale
dicetur esse quale est beate illius gloriæ hono-
re perire, exomique esse Christo, & audire ab
illo. Non novimus

comitem. Similiter impiissimus Cain prædo-
 minante furore indignationis adversus Abe-
 lem fratrem suum conceptæ, eundem occi-
 dere statuerat, eoque sine, ut à parentum occu-
 lis ipsum subduceret, die quodam illum, ut
 secum in silvas nonnihil digrederetur, invi-
 taverat, quo in loco nodosum quendam fustem,
 quo dexteram suam obarmaverat, in fratris
 verticem impingens, protinus eundem in ter-
 ram prostravit & occidit. Quod enorme deli-
 ctum Deus non impunè dissimulare, sed ob
 id per debitam vindictam in delinquentem
 adveterere voluit, prouti reapse quoque fe-
 cit; dum enim ad se accessit cum in malitia
 sua pertinacem esse vidit, divina sua maledi-
 ctione rigide castigavit: *Maledictus eris super*
terram. Cain autem cum Deo contendere vo-
 lens, desperatè respondit: Ex quo hæc à te ma-
 ledictione pessima me onerari conspicio, me
 quoque capitalem deinceps in micum tuam
 futurum esse declaro; neque enim te deinceps
 veluti Deum meum venerabor, quin potius ne
 faciem tuam videre possim, inter hæc me silva-
 rum ligna & arbores subducam, & abscondar.
A facie tua abscondar; & mox subjungit: *Om-*
nis qui invenerit me, occidet me. Cajetan. au-
 tem legit hoc modo: *Omni qui invenerit me,*
occidas me. Ubi observanda est differentia inter
 tempus futurum, *Occidas,* & modum loquendi
 desiderativum & deprecativum, *Occidas.* Quasi
 vellet dicere: Postquam à facie tua proculabi-
 ero, quid faciam? Mortem mihi ab aliis concu-
 lantibus desiderabo, rogabo feras obvias, ut hæc
 vitam meam dilacerent atque discerpant; certus
 enim sum, quòd mihi gravis mihi mors futu-
 ra sit, quàm me à Deo procul constitutum esse.
 Audire Abulessem: *Cain petiit, mortem sibi ve-*
nire, quia videns se à Deo derelictum. In magna
miseria constitutus, desideravit sibi mori, ut diu-
turnas angustias brevi temporis mora consume-
ret. Et ideo quasi mortem desiderans, ait: Quia eji-
ci me hodie à facie terra vagum & profugum, eisdem
moriar. Simili igitur modo Populus Hebræus
 jure meritissimo sermonem illum, quem ad
 Moysen locutus fuerat, pessimum appellabat.
 quomodo enim cum hoc nomine non vocent,
 aut quomodo suas continere lachrymas pote-
 ras, quando Deus expressis verbis dicebat: *Non*
ascendam tecum, quia populus dura cervicis es, ne
forte disperdam te in via? utique sibi à Deo vi-
 cisse divina vindicta securi, tum quòd Ange-
 lum affecit effecit fidelissimum viz ducem &

Gen. 4.

Cajetan.

Abulibid.

Did. Baz.

Handwritten notes on the right page, including "Gen. 4.", "Cajetan.", "Abulibid.", and "Did. Baz." along with some illegible scribbles.

Chryso-
 st. in 1.
 Marc. 16.
 2. a. 16. 11.
 1. 1. 1.

Exod. 17.

Psalm.
 137.
 1. 1. 1.

Paletti Quadragesimali.

rom 2. de
Christi fig
lib. 5. c. 18.
8. 3.

Psal. 70.

Mendoza
lib. 1. c. 3.
rom 3. sect.
2. num. 16

Chrys. ap.
Lud. Cart.
de sam. 2. p.
c. 50 f. 301
col. 4.

Tertull in
Apolog.
c. 49.

dicetur pessimus & durus. Et omni dignus luctu
illo, quo Deus negat assistentiam presentia sua. Sa-
ne ea carere, tormentorum omnium est homini a-
cerbissimum. Ac proinde Rex & Propheta Da-
vid Dominum enixe rogabat, ut sibi semper
assisteret; siquidem ab hoc omne bonum suum
expectaret, sicut e contra ex sui à Deo distan-
tia & separatione omne ipsi metuendum erat
malum: *Deus, ne elongaveris à me; quasi dice-
ret: Obsecro Domine, me peccantem subito
castiges & punies, omnibus me divitiis exuas,
me prohibitum tuo mortifices, coronam & sceps-
trum e capite & manibus meis eripias. Quid
plura? Imo vitam meam à me tollas, hæc enim
omnia sustinebo libens & lubens, dummodo à
facie tua, & à tua presentia me non projicias*
*Abjicit enim Deo, ingruunt mala, quo presente
evanescent.*

7. Dato igitur, quod Deus reprobos non
condemaret ad infernum, nihilominus ex eo
tantum, quod hanc audirent vocem: *Disce-
dite à me*, eandem proflus percepturi sunt pœ-
nam, imò majorem, quam si in inferno flam-
mis essent circumdati, & Dæmonum tormentis
vexati: *Ecce sit gravis pœna incendium ge-
henne*, [inquit Albertus Patavinus] *tamen sine
comparatione major est pœna, separari à Deo.*
Tametsi nulli essent inferni carceres, aut ad te-
perperud comburendum ignes acerrime arden-
tes, nihilominus hoc unicuique, scilicet ab illa felici
Paradisi patria, æterno exilio esse proscriptum
& exclusum, privatum esse visione beati-
fica, qua fruuntur Beati pariter & Angeli, in quo
omnibus fruuntur bonis, & consolationibus ex-
cogitabilibus, hoc inquam unicuique illis pœnam
quandam adscisceret, super omnes alias simul
in uno homine conjunctas atrocissimam; *Pœ-
namus illud ante oculos, quanti doloris est, excludi
à regno calorum, quod ut mihi videtur,
ipso gravius est gehenna: nam etsi ille ignis non
ardet, & immortalis illa pœna non esset, hoc so-
lum, quod alieni efficiuntur à Christo, & excludi-
mur à bonis æternis, nonne omni pœna cruciabi-
litas diceretur? Ita Chrysostomus loquitur. O
quot sunt in inferno damnati, quibus si daretur
optio alterutram e duabus pœnis, damni scilicet,
& sensus eligendi, hanc utique indubitan-
ter apertis brachiis amplexuri essent, & dice-
rent cum Tertulliano: *Malumus damnari,
quam à Deo excidere.* Verum enim verò, quis-
nam vel minimam hujus pœnæ umbram repre-
sentare, vel exponere sufficere poterit: Ad*

me saltem quod attinet, libenter agnosco, nec
ea non esse dicendi fastidite prædium, ut vò
minimam ejus vestigium expricare possim;
veruamen existimo, quemlibet nostrum
certò sibi persuadere debere, quòd quicquid
de illius pœnæ atrocitate dicitur, vere nihil
sit, tametsi dicendi nullus unquam finis esset;
unde ex modico, quod de illa dicitur, conji-
ciendum est, dicendorum pondus & magnitudo,
quæ de eadem dici deberent. Interim vero,
ne de eadem nihil proflus dixisse videar, ali-
quos Vobis in medium adducam eventus hi-
storicos, ad rem præsentem non parum aptos,
è quibus à fortiori concludere poteritis inten-
tum, Romæ nata est subita quedam revolutio,
sive seditio, in qua plebs rebellis adversus No-
bilitatem se crexit; Romanumque Capitolium
invadens, in eò se communiavit. Postquam ve-
rò tumultum hunc insidierunt & Volscis Ro-
manorum capitales inimici, bonam sibi ad
movendum Romanis bellum occasionem natam
esse censuerunt; Id quod Senatus Romanus
subodoratus, operæ pretium esse judicavit,
Romanam & seditionem sibi plebem reconci-
liari, omnem eis dando desideratam satisfac-
tionem. Quem in finem ad populum Roma-
num à Senatu missus est Publius Valerius, ut
cum illo, si fieri posset, bonis conditionibus
pacisceretur; aut si illas etiam gravatius
admittere, in iniquas etiam condiciones con-
sentiret. Abiit igitur Publius, & rebellibus
perspicuè satis insinavit, præsertim seditionem
magno addere animos, & erigere Repub-
licæ Romanorum inimicos; siquidem magno
cum exercitu cum illis præliaturi in
procinctu starent, ut proinde bono communi
longè foret expedientius, si plebs rebellis
Capitolium deserens, pro defensione com-
munis patriæ sua arma capere. Sed propo-
sicio isthæc populum ne quicquam permoveret
Subjunct igitur Publius, liberam ergo illis
esse, ut aliquam sibi pro seditionis compo-
sitione satisfactionem deposcerent, secun-
dum voluntatem se pro voro impetraturos; eo namque
sine Senatum præsentatam ad illos christum
albam misisset, ut illi inferberent, quòd libe-
rum esset. Verum nec sic quicquam ab his ob-
tinere valuit. Minis igitur sibi utendum esse
censuit, ac proinde his rotundo ore prædixit,
quòd nisi se ad ferendas Senatui supplicias, &
militaria auxilia subministrarent; certò futu-
rum esset, quòd omnibus privandi essent sta-
tibus

vilibus bonis, demolienda ex fundamentis
 eorum domos, occidendi quoque eorum filii,
 ut deique ipsimet futuri essent inimicorum
 suorum mancipia, cæcenis ab iisdem in præsen-
 tia, sed furtim hæc omnia auribus excipiebant,
 nihil enim horum illos divertere aut ad
 concordiã valuit commovere. Tandem hoc
 periculum longè efficacius futurum esse sibi
 periculatur. Quid igitur fecit? Audite; nam hoc
 præcipue facit ad rem præsentem: Hoc igitur
 modo illos tandem est affatus: Viri Romani,
 nisi hæc cum nobilitate ceptam contover-
 sam amice composueritis, vobis futurum esse
 prædico, quod quia nullum habetis, sive bo-
 norum possessionumque sive filiorum vestro-
 rum respectum, venuri sint adversarii nostri,
 et subverta civitate, universusque civibus
 vicibus, Deos vestros raptabunt, secumque
 abibunt, bonoque hoc inestimabili, nimi-
 rum Deorum nostrorum præsidio inclutam
 hanc urbem destituent. Recce motivum stud-
 io vobis relatum in viva carne receptam
 periculatur, ideoque ex metu Deos suos
 periculo coacti, sententiam suam protinus
 mutaverunt, omnemque cum nobilitate vigen-
 tem contoverfiam admodum pacificè com-
 potuerunt. *Christi vestri nulla cura tangit, an vos
 autem curamini Deos vestros captos & relicto Ca-
 pitolio, pro salute totius republicæ adversus
 adversarios, & pro patria intrepidè pugnarunt.
 Mox præfectus dicit: Non curabat populus ille
 nobilibus, facultates pariter & filios amittere,
 aut vias in Capitolio flammis exuri, vel ve-
 luti mancipia cæcenis foretis onusta dire ab ini-
 micis rapti, sed solum Deorum suorum amis-
 sionem vivaciter apprehendebat, hanc præ-
 cauctis aliis jacturis & damnis comminatis
 per maximi æstimabat. Et tamen Christianus
 obrem nullius momenti; aut modicum suum
 iustitiam Deum amittere tanti facit, quanti vel
 natus paleæ amissionem æstimaturus esset:
 nec mirum: nam damnum istud quod exa-
 git in illo Deo confurgit, non considerat in hac
 vita, sed in altera vita probabit & experientia
 ostendit, quam ipsi grave futurum sit, quan-
 do a divito conspectu repulsus, sibi audiet
 cum cæceticis peccatoribus dici: *Discedite à me
 vos deus dicit de Palatio ait: Cum Christianus sit om-
 ne bonum, pax, salus, sicut descendit illis à
 Christo, incitiam in omne malum, inquietudinem,
 & iniquitatem. Et R. abanus ait: Nihil habet boni,
 nisi Creatoris sui carebit gratia, acque presentia.**

8. Sanctus Joannes Evangelista Filius Dei
 in hunc modum nativitatem describens dicit:
Exad. 167. 4 fol. 737. 1000.
 In propria venit, & sui eum non receperunt.
 q. d. Natus est inter suos, hi autem a deo fuerunt
 impii, ut ne quidem recognoscere eum volue-
 rint, imò pessimè illum habuerint, dum
 multis eum affecerunt contumeliis atque inju-
 riis, ad mortem usque acerbissimam eum per-
 sequendo. Verum quidem, quod nonnullis
 gratissimus exiterit, & magno apud eosdem
 in honore habitus fuerit, hi autem ab eodem
 Dei filio dignè quoque factè recompenfati,
 dum ex gratitudine quadam & singulari erga
 illos benevolentia amplissimum illis privilegi-
 um contulit, eosque filios Dei adoptivos esse
 declaravit: *Quos quot autem receperunt eum,
 dedit eis potestatem filios Dei fieri, & celestis
 gloriæ heredes, ut dicit Beda: ut per hoc homi-
 nes in Deo filios et ans ferret, gloriæque suæ facere
 cohæredes. Sicut hic S. Joan. Chrysof. & ab E-
 vangelista causam inquirat, cur Salvator, qua-
 do bonos eum in suo hunc mundum adventu
 recipientes remuneravit, non quoque castiga-
 rit eos, qui adeo se erga illum exhibere ini-
 quos & inciviles. Quid non dicit nobis Joannes
 eorum etiam supplicium, qui eum non receperunt,
 sed tantum quod fuerunt, & in propria veni-
 ens à suis minimè receptus est? Quod autem ex
 hoc eis supplicium maneat, silentio præteristi. Et
 certe difficultas hæc satis rationalis esse vide-
 tur, nam sicut justitia distributiva in bonis lo-
 cum habet ita quoque efficere debet, ut vindi-
 cativa debitum suum erga malos & ingratos
 expleat: Quid ergo? Num forte illos in puni-
 tos remansisse existimas? Graviter protecto, si
 id opinaris, etras, imò in toto rigore suat casti-
 gati pœna quadam severissima, quæ ex anima
 mentatio divinæ justitiæ usquam emanare
 possit. Nunquid enim parum tibi esse videtur,
 quod tacite illos filiatione Dei privatos fuisse
 insinuetur? Et quodnam minus supplicium esse pos-
 set, quam si in eorum arbitrio ponatur filios DEI
 fieri, & nolint, sed sponte sua tanta se nobilitate,
 tanto se honore indignos efficiant? inquit Chrysof.
 Privari filiatione DEI, quia filius dicit re-
 lationem ad patrem, idem est quod perdere De-
 um patrem benignum nostrique amantissi-
 mum, quia pœna nulla alia inveniri major
 pœna potest. Hoc sane maximum supplicium est
 pœna gravissima, quod qui poterat esse inter filii
 os DEI sic relinquaris à DEO sic despicaris,
 quasi*

Beda ibid. fol. 5. col.

Chrysof. ibid. hom. 9 fol. 41.

Chrysof. ibid.

Did. Baz. a tom. 2. de Christi.

Handwritten notes in red ink on the right page, including "X" and "16".

Transfig.
lib 5. c. 18.
3. 23.

quasi nullo modo ad eius curam pertinet, inquit
eruditus Pater Baza: *Discedite à me: Abire, o
reprobi, procul in æternum è meo conspectu
abeste; neque enim vos amplius filios meos
esse recognosco: Discedite à me maledicti.*

9. Verbum Incarnatum ingentem illam ho-
minum multitudinem, quæ tridud illum inse-
cuta fuerat, abundanter eidem de victu, pan-
ibus scilicet & piscibus prospiciendo, liberali-
ter jam cibarat, quando eidem, ut domum quis-
que suam denuò repeteret, abeundi facultate
impertitâ, à Apostolis, ut in naviculam propin-
quam de factò ad solvendum expeditam, in-
trarent, mareque Tyberiadis trajicerent, præ-
cepit. At verò modum, quo Marcus factum, seu
historiam illam recenset, velim observetis:

Marc. 6.

*Coëgit, inquit, discipulos suos ascendere navim.
Coëgit? Dum aliquis ad actionem aliquam
cogitur, signum est, quòd is voluntatem tali
actioni repugnantem habeat: num igitur Apo-
stoli Magistro suo obtemperare renuerant?
Præcipit illis Christus, ut navim ingredian-
tur, & ipsi id facere renuunt; quænam est hæc
in Apostolis nimis insolita repugnantia, ob-
quam opus est, ut dominus eos ad obedientiam
præstandam cogere debeat? credidistem om-
nino illos ad minimum à Christo editum sig-
num, promptius manû remò trahendo, quam
annuntiam voci Dominicæ auscultandæ adhi-
bituros fuisse. Et tamen coëgit discipulos, ut a-
scenderent navim. Verùm o Auditores, excusa-
biles procul dubio sunt sancti Apostoli, omni-
que compassione digni. Haud dubie enim
promptissimè navim ingressi fuissent, & dili-
gentes, si & illorum Magister ipsemet eandem
cum ipsis navim pariter fuisset ingressus:
at verò Magistri ab illis discessio & separatio
valde illis esse videbatur ad sustinendum diffi-
cilis; neque enim Dominus abibat cum illis,
utpote populo urbanè & honestè dimittendo
totaliter adhuc intentus. In hac Christi ab ipsis
separatione cor eorum è pectoribus suis evel-
lendum esse videbatur, atque vix pedem ad in-
gressum navigii movere, aut manum remoni
applicare poterant, nimio dolore præoccupati,
quem ex hac Magistri sui ab ipsis sequestratione
in cordibus suis perlentiscebant, experientia
nimirum comprobantes, quòd unum ex gra-
vioribus malis, quæ sunt in mundo, est, nos à
Deo recedere; siquidem in hoc verbo Coëgit, sig-
nificatur Apostolorum corda evelli, cum à divi-
no Magistro separarentur. Et jamca Apostoli*

Phil Dix
in Sabb.
post Cen.
f. 54 col. 1.
num. 1.

hoc adhuc fruebantur magno solatio, quòd in
gratia Christi essent, & quòd infra paucas ho-
rulas scenam ejus faciem denuò visuri essent.
Reprobi autem, qui à Deo quidem summè re-
to repellentur, sine ulla spe gratiæ illius, ut il-
lum aliàs iterum videre unquam aut contem-
plari possint, quòdnam putas in animo suo
passuros esse martyrium? vosmetipsi id ipsum
conjectite, neque enim illud per umbram ali-
quam representare vobis valeo. Averrat Deus,
ne illud unquam summo & infinito malo no-
stro ediscere aut experiri cogamur.

10. Quadraginta dies, quibus Redemptor
post gloriosam Resurrectionem suam in hoc
mundo fidelibus suis commemorari debebat,
quibusque evoluit, veluti gloriosus trium-
phator mortis, ad Paradisum reversurus erat,
jam expirant, atque idèd comitantibus dis-
cipulis suis, in montis Oliveti verticem ascen-
dit. Priusquam verò à charis discipulis suis
discederet, sermonem quandam ad eos habuit,
cujus argumentum de excellentia regni cæ-
lestis erat, quasi eis dixisset: Me hodie in cæ-
los abeunte, vos in hoc mundo, o dilecti filii
mei, remanete, per omniagenas provincias &
regna Evangelium meum annuntiate, dilata-
te fidem per universum mundum, omniq;ue
studio & industriâ animabus lucrandis incum-
bite; hæcque dicens, paulatim elevabatur: La-
boribus aut sudoribus nolite parcere, quia
magnam inde colligetis vobis meritorum
mellem; millenas invenietis carnisicium & ty-
rannorum contrarietates, qui nunc blanditiis
& promissionibus, nunc verò minis atque ter-
roribus persuadere vobis conabuntur, ut à cep-
to opere desinat; Vos autem constantiâ ar-
memini, & generosos & intrepidos animos
vestros, illis nequicquam cedendo, compo-
bate: dumque hæc diceret, denuò paulatim
ascendit altius: Mox verò progressus est, dicen-
do: Illa inter vos perpetuò regnet concordia,
& animorum unio, quam inter vos eximiam
hinc abiens relinquo: hæc enim ubi inter vos
conservata fuerit, quotidie de bono in melius
proficietis; neque ego vobis protectione mea
continuo in omnibus occurrentibus casibus
pateræ assistere desinam; interea verò magis
procul ab eis digrediebatur; Et tamen è sub-
limi aère adhuc illos hortabatur, dicens: Ma-
cti animis estote, o filii, quia quanto diffi-
ciliora a vobis incunda sunt itinera, quantoque
majores subeundi labores, tanto quoque copio-

plius erit, quod æternus Pater in Paradiso
 vobis preparat: cœlestis gloriæ præmium. Et
 in hunc vocibus nabo quodam cœrulo au-
 roque colore variegata circumdatus, ab o-
 mni conum dispersit: Et cum hæc dixisset: vi-
 dens illis elevatus est, & nubes suscepit eum
 in oculis eorum. Ad huac autem Christi abo-
 cultuorum recessum Apostoli obtupefacti iste-
 terent sine spiritu & velut in lapides conversi,
 vultu macilentio, oculis præ lacrymis stagnan-
 tibus, inter graves gemitus, suspiria, & an-
 gustias cordis, adeo ut Dominus ab eis rece-
 ptos quasi exanimos reliquisse visus fuerit,
 adeo ut ad eos consolandos duo debuerint An-
 gelos: cuiusmodi eis mitti: *Ecce duo viri assisterunt*
vestris in vestibus albis. Verum ò beati Cæ-
 saris spiritus, dolere horum desolatorum dis-
 cipulorum valde est excessivus, quod nam igi-
 tur cogitare poteritis ad eos reerigendos &
 cessandos semediūm; quodnam lenitivum
 medicamentum adeo potens & efficax esse po-
 terit, ut tantum maroris & angustie ærbitarem,
 quam ipsam suam sibi transfigerent, tem-
 perare possit? fortasse cœtus vestri suavitate
 quæ ad mortis amaritudinem indulcorandam,
 & defunctos in vitam revocandos abunde suf-
 ficere: Aut proponendo illis ob oculos cœlestis
 gloriæ præmium, quæ deinceps beatificabun-
 tur in cœlo? veros valde ne hæc lenitiva ni-
 mitis cœlia futura sint, quam ut revivificandos
 cœtorum Apostolorum spiritus, dolorem que
 mitigandum sufficiant. Verum enim verò ò
 Beatorum, audite mitam Angelorum præ-
 sentiam: sicut enim Apostolos alloquarur, &
 quidem efficacissimè: Viri Galilæi vultus ve-
 strum cœntatem protinus reinduire, abstergi-
 re lacrymas, mittere dolorem & cordis ærum-
 nate quæ Deus incarnatus, qui jam recessit à
 vobis, ad vos denud revivuros redibit: *Hic le-*
gitur qui assumpsit est à vobis in calum, sic veniet
Et ecce nisi haec cogitarent Angeli in ven-
tionem reditur saluatoris eis firmiter pro-
mittendo nequaquam aliquod illis attulissent
solatium, sed vel in quodam animi conti-
nuitio mætoris contabulissent, vel fuissent ex-
terminio delictis etc. Ista subito mortui. Unde
Chrysost. ait: Ne consternerent illorum animos,
subterfugerunt Angeli, sic veniet. Et sic respiciunt
aliquando, cum audissent eum denno redi-
turum. Ac prout si autis quidam à minori ad
magis: quando dicebat: Ex ungue Leonem B-
go quoque, ex immediate dictis vobis iudicau-

dum relinquo, quantæ gravitatis futura sit dâ-
 natorum pœna, dum vident se abactos à con-
 spectu & præsentia Christi, ab Angelorum cõ-
 sortio, & gloria beatorum, sine ulla vel unius
 momenti honorum illorum recuperatione.
 11. Salvator noster Sanctis Apostolis Pe-
 tro, Jacobo, & Joanni eximium hunc præ-
 stitit honorem, ut cum eo in montem Tha-
 bor ascendere possent gloria illa fruituri, qua
 maiorem oculis mortalis videre non potest;
 Eiusdem quoque gloriosissimæ scenæ specta-
 tores esse voluit, duos veteris Testamenti illu-
 strissimos Prophetas Moysen scilicet, & Eliam
 in quorum conspectu vestimenta eius candi-
 da facta sunt quasi nix, & vultus eius sicut
 sol replendens factus est & luminosus: Resplen-
 dit facies eius sicut sol. vestimenta autem eius
 facta sunt alba sicut nix. Unde Remigius ait:
Clariorem sua visionis quam promiserat Domi-
nus Discipulis suis in hęc Transfigurationis habi-
tatione post sex dies complevit. extatici & ex-
tra semetipsos rapti gloriosum illud objectum
vultuque illum, qui tanto jubilo eorum im-
pleverat corda contemplanando hærebant, illū-
que diem omnis mansisset occasus expertem op-
tassent, imò summi beneficii loco sibi duxer-
ent, si Deus montem istum in habitationem
perpetuam ipsis indulxisset, ubi reliquum vi-
tæ suæ tempus lætum & tranquillum tradu-
ere potuissent, id quod S. Petrus sufficienter
innuebat, dum ait: Bonum est nos hic esse, nam
juxta S. Archiepiscopi nostri Valentini Tho-
ma à villa nova expositionem: Hic pax, hic se-
curitas, hic salus. hic requies, & si quid veri bo-
ni in hac vita est, in hoc solo monte plenius possi-
detur. O quam jucunda vita! quam felix &
fortunatus status! Veruntamen tot inter con-
solationes & cordis gaudia, nescio quisnam si-
nister aut funestus eventus acciderit Apostolis,
ob quem Ceciderunt in faciem suam & timue-
runt valde. Quid timetis, ò Discipuli! Quis-
nam timor vel tremor cor vestrum sic re-
pentè occupat Nunquid in societate Magistri
vestri estis? Comperer enim vobis, si Ty-
rannos aliquos vobis iratos viderem aut car-
nifices strictis gladiis vix vestre insidiantes;
nuac autè objecta oculis vestris observantia
metum in se continent jubulum atque lætiti-
am, unde igitur hæc in vobis formido nasci-
tur, eaq; tanta, ut ad illius diminutionem o-
pus fuerit ut implecti Dei filius animos vobis
suggereret, & porrecta vobis manu è terra vos
 erige-

Matt. 17.
 Remigius
 in cas.
 D. Thom.
 ibi fol. 68.
 col. 3 l. A.

D. Tho. à
 Villa. no-
 vem de
 Transfig.
 Christi.

Remigius
 in cas.
 D. Thom.
 ibi fol. 68.
 col. 3 l. A.

Chryst.

erigeret & sublevarer, dicendo: *Surgite & nolite timere*; Textum sacrum vos legere non piget, sic enim invenietis, nubem quandam apparuisse, qua inter ipsos intermedians, Apostolorum vultum veluti velum quoddam vultibus eorum obductum obumbravit, adeo ut Salvatorem videre amplius non potuerint: *Eccc nubes lucida obumbravit eos*. Et enim aliquid tam beata visione privari, & non crepare dolore, & prae angustia veluti mortuum in terram concidere, impossibile erat. Nubecula etenim impediabat, quo minus vultum illum gloriosum contemplan possent. Unde se illum amisisse credentes: *Timuerunt timore*

Anton. de
Ejacob.
lib 7 in
cap. 17.
Matth.
sect 6. 8. 2.
fol 110.
num. 4.

magno, & ceciderunt in faciem suam. Huic expositioni doctissimus Pater Jacobus optime favet dicens: *Nubes tum Christum, tum discipulos circumtexit, discipuli autem timuerunt, quod viderent se undique nube ambiri ac veluti comprehendi, ac proinde dicitur, quod nubes obumbravit eos, hoc est, dixit, ut eorum non possent.*

Luc. 23.

12. Latro in aspero crucis ligno vixit suae periodum jam jam absoluturus haerebat, quando culparum suarum gravitatem recognoscens, pro illarum remissione moribundo Salvatori supplicatus est, dicens: *Memento mei Domine dum veneris in regnum tuum*, cuius quoque supplicationis favorabile scriptum obtinuit, dum Saluator eidem dixit: *Amen dico tibi, hodie mecum eris in Paradiso*. Scio equidem, quod ad hoc, ut sermo aliquis nulla emendatione aut correctione indigeat, requiratur vel maxime, ut nec sit superfluus, nec diminutus: scio insuper, filium Dei nec in verbo, nec in opere ulla ratione potuisse errare, ac proinde causam mihi imaginari nequeo, cur dum latroni Paradisum promittit, hanc dictionem *Mecum* addat, si quidem haec plane superflua esse videatur; nam si eandem dictionem subtraxisset, nil minus dixisset ab eo, quod jam dicitur, postquam haec dicitio adjungitur, sicut nec quicquam amplius per illius adjunctionem exprimitur, quam si non adjungeretur. Notum etenim est, quod esse in Paradiso idem sit, quod habere sibi praesentem Deum, velut objectum beatificum, sicut & idem est, quod gloriosa Redemptoris humanitate petri. Quo sine haec particula *Mecum* verbis Christi ad latronem cauciatu ad-jicitur? Non est quidem dubium, Auditores, deum solum esse, qui efficere valeat Paradisum, in quo est *sub ratione Glorificationis*; ac proinde in quo est *sub ratione Glorificationis*; ac proinde

D. Ambrosius
lib 10. in
c. 23.

13. Quidam obsecro boni habere, aut sperare potest is, qui procul est à Deo sequentibus? imò quod malum, aut quae poena excogitari aut inveniri poterit, cui non sit subiectus? Rex Saul belli illius, quod ei à Philistinis mortuum fuerat, exitum scire cupiens, sub specie incogniti cum duobus alicis ministris suis in Endor mulierem quandam, quae à Scriptura sacra appellatur: *Mulier habens Pythionem*, convenit, rogans eandem, ut sciret eum Seniculum Samuellem à mortuis resuscitari faceret, ut ab eo mosium vel responsum aliquod referre posset, quod sibi tunc vel maxime necessarium erat; si quidem nullum à Deo, sive per somnium, sive per Sacerdotes & Prophetas obtinere propositum difficultatum responsum poterat. Locutus igitur est Pythionis, quae tamen in principio ex certo quodam timore Saulis petitionem admittere renuere, attamen audito juramento, quo eam Saul obstringebat, promptam se obtulit, ad obsequendum ei pro suo beneplacito, dicens: *Quem suscitabo tibi*; cui ille respondit: *Nihil se adeo in votis & desiderio animi sui habere, quam ut*

Samuel.

Samuel adhuc semel revidere posset : Sa-
 mulam mihi facis : Et ex improbitate intra um-
 bras nocturnas prodie visus est vir quidam
 veneranda canitie suspiciendus, Ex quo signo
 Rex vitium hunc desideratum suum Samuel em-
 elle coniecit ; ideoque eidem appropinquans,
 eorum eo in terram prostratus dicere cepit :
 Quare tu mihi, siquidem Philistinum pugnans ad-
 versum me q. d. la maxims, & Samuel, lum con-
 stitutus angustis, suoque bello universam regnum
 commoveret & infestaret : Et quidem quod su-
 per omnia adverte, quibus sacumbo, vel ma-
 lanc me affigit, hoc est, quod Dominus re-
 cessit à me, meque dereliquit : *Deus recessit
 à me, ideoque te in hac auram revocari curavi,
 ut sperares mihi, quid faciam.* Audite obsecro,
 Saul, si Samuel datum responsum, post longam
 anagnurum securitatum malorum recessit
 tantum dicitur : *Cras tu & filii tui mecum eritis*
 quare hanc hymema quoddam ex hoc antece-
 dente, Dominus recessit à me, hanc inde dedu-
 cente consequentiam, & concluderet, Ergo Cras
 tu & filii tui mecum eritis. Verum enim verò, ut
 utrumque hujus tantò magis à Vobis pene-
 traret, opus est examinare consequentiam.
 Quare circa hunc locum Expositores,
 qualem verè fuerit ille, qui per Pythonissam
 hanc hinc resuscitatus? Beda dicit, quòd am-
 bigua quedam, seu phantasma Dæmonis opéra
 resuscitavit : Phantasma porro immundi spi-
 ritus fuisse, quod apparuit, credimus, non tamen
 arguit, quin verus Samuel arte magicâ resuse-
 citatus, Deo id ad majorem in pii Saulis
 confusionem permittere : *Aus si vero Samuel
 tantum tantum in his agendis licere Diabolo, quan-
 tum Dominus permisit :* At verò S. August.
 Glosa ordinaria, Lucas Burgenfis, & Nicolaus
 de Lyra, Dæmonem in forma Samuelis fuisse,
 opinantur : Opinio est, non Samuel, sed Diabo-
 lum in ejus specie apparuisse Unde hac opinione
 hypothetice ex antecedente Saulis : *Dominus à me,
 Dæmonem velat ex principio vero & immediato
 hanc dicit consequentiam : Cras tu, & filii tui
 eritis, ubi ego sum.* At verò quis est qui nesciat,
 Dæmonem semper in inferno commorari, aut
 eundem semper & ubique secum circumferre?
 Atque ideo dicere volebat : si Deus hodie te
 dereliquit, cras eundem te domi meæ expecto,
 in inferno, in tormentis, in flammis. Id quod
 in Evangelio hodierno patet innuitur hinc
 verbi : *Dicite à me maleheri ; sed quorūm*

abibunt [in ignem æternum, qui paratus est Dia-
 bolo & Angelis suis.]
 15. Quanteperc Dæmon corda nostra in-
 gredi, sequere eorundem Patronum & Domi-
 num constituere desideret, superfluum est de-
 monstrare ; hoc namque desiderium adeo ve-
 hemens est, ut si hodie illorum capere possit
 possessionem, id ipsum nunquam in crastinum
 usque diluculum differre solet. Porro multo
 tempore arcem cordis Judæ Ischariothis obsi-
 dione cinxerat, nec tamen id unquam sibi
 perfectè & absolute subjungere potuit, nisi
 quando in cœnaculo mensæ accubens, sacra-
 tissimum panem Eucharisticum & Salvatoris
 manibus receperat. *Et post buccellam introivit
 in eum Sathanas.* Verum dicat aliquis, ex quo
 Dæmon avidus ad eò & sitibundus erat cordis
 Judæ habendi, cur igitur illud non occupavit
 citius, hanc scilicet jam dictam occasionem
 præveniendo. Idèd id fecit, quia tempus ad
 opportunus minimè invenit. Christus enim
 panem hunc sanctissimum Judæ dando, eum
 membrum quoddam à corpore Collegii A-
 postolici præcisum esse declaravit, adeoque
 Christus unà cum gratia sua à corde Judæ re-
 cessit, nec non & ille vicissim per affectum
 suum à suo se Magistro alienavit, inquit S.
 Ambrosius : *Christus recessit ab eo, & ipse abierat
 à Christo.* Dæmon infernalis ad illud solum
 extrinsecum à Christo datum atredebatur, quo
 Judæ à Salvatore divortium fecisse signifi-
 cabatur, quasi dicere voluisset : Nunc tempus
 vendicandi sibi Ischariothici cordis plenum
 dominium : *Post buccellam introivit in eum Sa-
 thanas.* Ita observant Theophylactus & Chry-
 sostomus, dicentes : *Quamdiu unus discipulorum
 videbatur in sancto illo choro, non habebat accef-
 sum ad illum Sathanas : ubi autem illum divisit
 Dominus, & separavit ab aliis discipulis, traducto
 eo per panem, tunc intravit eum, ut à Domino dere-
 lictum, & à divino choro separatum.* Vos ipsi
 met facile Vobis imaginari potestis, qualia Dæ-
 mon interrogaturus sit tormenta animabus illis,
 quæ à Domino Deo in nevisissimo iudicii die à
 facie sua repellentur & abjicientur.
 16. Mortui Salvatoris latus per Longi-
 num vulneratum est, atque ex illo lateris
 canali emanavit sanguis & aqua : *Præus mihi cum
 lanceâ latus ejus aperuit, & continuo exivit san-
 guis & aqua.* Porro sanguinem inde egressum
 fuisse, nihil in se mirum habet, licet mysterio
 suo non careat. Unde Theophyl, ait : *Sanguis*

Joan. 13. 2

D Ambr. lib. 1. de Cain & Abel, c. 4. fol. 159. col. 3. lit. G

Theophyl. Chrysof. hom. 715.

Handwritten notes in the right margin, including a large 'X' and some illegible text.

nem ex mortuo corpore produsse, admirabile ob
 nym seu separationem à Deo nostro aliud ad
 mysticia quæ continebat: at vero quod una
 cum sanguine simul etiam egressa fuerit aqua,
 etque pura, distincta, & realis, hoc certe
 nec mysteriis nec stupore viduum est: atque
 ideo Angelicus Doctor docet, quod fuit aqua
 pura miraculose egrediens à corpore mortuo; se-
 cutus sanguis ad comprobandam veritatem Do-
 minici corporis contra Manichæorum errorem, ut
 scilicet per aquam, quæ est unum elemen-
 torum, ostenderetur corpus Christi verè fuisse
 compositum ex quatuor elementis, per sanguinem
 vero ostenderetur esse compositum ex quatuor hu-
 moribus. Clemens V. sanguinem & aquam è la-
 tere Christi ideo manasse dicit: *Ut exinde pro-*
fluentibus undis aqua & sanguinis formaretur u-
nica immaculata ac Virgo sancta mater Ecclesie
coniux Christi, sicuti de latere primi hominis fo-
porati Eva sibi in contiguum est formata. Ruffi-
 nus scribit quod latus illud sacratissimū. Pro-
 duxit aqua quæ credentes diluat, produxit etiam
 sanguinem, qui condemnet incredulos. Sanctus
 quoque Hieronymus ait: *Latus Christi percusi-*
tur lancea & Baptismi atque Martyris pariter Sa-
cramenta funduntur. S. Ioan. Chrysostomus i-
 deo hoc factū fuisse subiungit sciamus quod
 Christus per aquam nos regenerarit, per sanguinem
 autem nos coleret & nutriat: *Scimus hoc initiati*
per aquam regenerati & per sanguinem nutriti.
 Nolo hoc loco præterire S. Cypriani opinionem
 dicentis: *Ex fonte lacris compunctionis & lacry-*
marum perennes effluunt rivus: misericordiarum
sua vitas & totius pietatis affectus. S. Theodor-
 tus autem rationem aliquam sive responsū præ-
 senti proposito valde accommodatum & op-
 portunum affert, dicit enim. illas aquas stillas
 lacrymas fuisse, quas sanguis Christi præ dolore
 plorans effundebat: *Agnosce in aqua lacrymas*
in sanguine pretium redemptionis nostre. Itaque
 sanguis præ dolore flevit & cecidit: forte exinde
 quod humanitatis Christi tormentis compa-
 teretur: aut quia ab Hebræis tanta cum asperita-
 te & rigore caro Christi tractaretur, vel quia
 Longinus illum non citius effudit, sed ad mor-
 tem usque illum effundendo expectavit, quã-
 do iam omnia consummata fuerunt? Omnino
 dicendum existimo illas aquas stillas lacrymas
 fuisse quibus sanguis Christi illum exprime-
 bat dolorem, quem percipiebat exinde quia
 scilicet à Sacratissima Christi humanitate di-
 vellere, ab eaque egeretur recedere, per
 hunc dolorem nobis indicando sequestratio-

D. Thom.
 1 p. q. 66.
 art. 4.

Clemens
 V. de Sum.
 Trinit.

Ruffin in
 Symb. D.
 Hier. ep.
 33. Chry-
 sost in lo.
 19.

Cyprian.
 serm. de
 resurrect.

nem seu separationem à Deo nostro aliud ad
 tum, atque tormentum. Ipse denique insen-
 sibile creaturæ huius quoque vivacissimum
 sensum perferunt, cur enim aërem claritatem
 suam in tenebrarum obscuritatem com-
 mutasse existimatis? *Tenebra facta sunt super*
universam terram. Cur sol noctis obsecu-
 rato vel vulnere suum obnubere voluit? *Et obse-*
curatus est Sol. Quo sine petras licet natura sua
 hæc duræ sint & solidæ, scissas esse censeatis
 petras scissas sunt. Imo totum universum susce-
 deque extendendum esse videbatur, ut proinde
 S. Dionysius obstupefactus dixerat: *Aus De-*
us natura patitur, aut mundi machina dissol-
vetur. Utrique alia huius ratio adduci non po-
 terit, nisi quod omnes creaturæ tam quam patie-
 bantur indicare voluerint angustiam: pati-
 ebantur autem illam ob unicam creatoris sui
 iacturam & amissionem: *Ut discas* (inquit
 quidam Modernus) *quam nulla se contineant*
mala quin direrent miseris, à quibus Deus separ-
at præsentiam suam. Nescio an aliquando con-
 nexio cum illam observaveritis; quæ S. Mar-
 thæus duo illa coniungit, scilicet mortem
 Christi & disruptionem veli. De illa etenim di-
 cit: *Iesus clamans voce magna emisit spiritum;*
 De hac verò protinus subiungit: *Et ecce velum*
templi scissum est, quasi dicat; Christus ex hoc
 mundo per corporis mortem abscessit; Quid
 autem inde est subsecutum? Ecce velum tem-
 pli scissum est in duas partes. Unde S. Cyril-
 lus Alexandrinus: *Cum Christus exspirasset, ve-*
lum quasi vestem suam illico templum scidit.
 Porro nec velum nec petrae aliquo sunt sensu
 præditæ, & tamen scinduntur per medium,
 atque ideo consideratis quantum dolorem per-
 cepturæ fuissent creaturæ hæc inanimatæ, si
 viventes fuissent, quando etiam non viventes
 & insensibiles scissæ & disruptæ fuerunt ob
 creatoris sui perperam iacturam. Reprobiam-
 tem sensum & vitam habebunt, atque ideo
 dum à Deo suo vehementissimè illis irato à facie
 sua proseribuntur, scientes quod unam cum
 amisso Deo omnem quoque spem penitus am-
 mittant, ut eum revidenti digne fiant, majus
 utiq; inde tormentum sustinebunt quam si si-
 cut velum sponte sua, ita quoque ipsi à leoni-
 bus aut aliis feris lacerarentur, vel contererentur
 ut lapides. Etenim quod si Terentius ob
 amissas fortuito centum & octo Comœdi-
 as ingeniosissimè ab ipso, compositas tan-

etiam in se dolorem perferens, ut desperatus in mare se proiecisset; quid facturi erunt damnati cum Deum suum sunt amissuri? Turbatio quoque, quæ ex rei alicujus amissione oritur, mensuratur afflictione reitillius, quæ perditur quæ mille scuta amittit, magis se inde conturbat expectetur, quam si quinquaginta tantum amisset. Deum autem perdere idem est, quod bono aliquo inappreciabili, & infinito privari. Quatum igitur erit in pœna damni perpetuandum tormentum? Certum est, quod nullum aliud simile sibi habeat; & licet non sit in hac parte quoad extensionem, est tamen in hac parte quoad extensionem, quia durat in æternum, ut igitur hanc pœnam evadere possint electorum, non verò reproborum impii, electorum, namque eximia fuerunt charitate perdit, sequitur in misericordie operibus, ut quæ quos libere exerceant: *Ejuri, & siti, & nuditate, & ideoque venite benedicti* *Pater noster.* Hi verò in pauperes fuerunt duri & ingrati, quæ enim pascabant famentes, nec nudos vestiebant, &c. *Ejuri, & non dedistis mihi manducare, ideoque mea præsentia atque confectio profectus in indignis: quapropter, Discedite a me maledicti.* Quid si igitur hac in parte recipiunt esse, & eandem pœnam evadere non possunt, meritis Christi per elemosinam liberantur succurrit.

PARS SECUNDA.

17. *Beati hi in supplicium æternum.* Verba ista mens pœnam insinuant, quæ in eo conditio, quod damnatorum animæ inferno sint æternitate affixæ; in eo que utantur perpetim, nunquam verò comburantur, aut incinerentur, sed sine ulla vel minima stilla solatii, vel quacumque consolationis umbra, ut prodicit illis cum Poëta dicere quis possit:

Siqua miser semper, nec sis miserabilis ulli.
Gaudent ad versus scemina, virgo tuus.
Accedat lachrymis odium, dignus quo puteris.
Vermina cum tuleris plurima, plura seras.

18. S. Gregorius hac de terra loquitur: *In inferno est ignis inextinguibilis, frigus intolerabilis, vermes immortalis, tenebra palpabiles, horrida visio damnatorum, desperatio omnium bonorum, consumptio peccatorum, & mors sine morte.* A S. etiam Basilio de huiusmodi in aliquam vobis dari

petieritis, respondebit vobis: *Adhuc cogites profundum barathrum, inextinguibiles tenebras, ignem carentem splendore, urenti quidem vim habentem, sed privatum lumine; deinde vermium genus venenum immittens, & carnem vorans; inextinguibiliter ædens, neque unquam saturitatem sentiens, intolerabiles dolores correptione ipsa insignens: Postremò, quod suppliciorum omnium gravissimum est, opprobrium illud. Et confusionem sempiternam.*

19. B. Aegydius Columna noster ignem infernalem effectus producere dicit iis, qui ab igne fornacis Babylonicæ in tribus pueris superbi Nabuchodonosoris statuum adorare nolentibus, producebantur, & diametro oppositos. Hic namque ignis non solum nullum pueris illis dolorem conciliavit, verum etiam insignem consolationem attulit, cum vincula tantum, quibus adstricti & ligati, in fornacem coniecti fuerant, ab igne consumpta fuerint, iis ne vel in minimo capitis pilo læsis relictis. Ignis autem gehennalis erit, & est totaliter levamen adferre poterat, extinguet, idemque in acerbissimam pœnam converteret: Tres pueri fuerunt missi in fornacem ignis ardentis, qui ignis combussit in eis, quod erat contristans, quia combussit vincula, unde erant ligati, non autem combussit, quod erat placens & delectans, quia nec capillus capitis eorum erat adustus. Sic est contratio ignis, & alia, quæ sunt in inferno, agent, quæ sunt ad damnatorum tristitiam, non autem quæ ad læticiam. S. Basilus, & Angelicus Doctor S. Thomas dicunt, quod elementa in novissimo iudicio velut in sublimatorio distillantur, quicquid autem inde puri, purgati, & perfecti elicietur, sursum manebit, & pro Beatitudine majori gloria serviet; quicquid autem in fundo fœculentum & fœtidum lupereit, inferno reservabitur ad majorem scilicet reproborum pœnam & confusionem: *In ultima mundi purgatione fiet separatio in elementis, ut quicquid est purum & nobile, remaneat superius ad gloriam Beatitudo; quicquid verò est ignobile & fœculentum, in infernum projiciatur ad pœnam damnatorum.* Sed qualem hæc illis conciliare dolorem poterunt? Nimirum elementorum omnium proprietates & qualitates in quintam essentiam redactæ, crudelissima illis insignent tormenta, ignis scilicet calore, aer frigore, terra siccitate, & aqua humiditate, & postea profectio

D. Basil. in psal. 33. hom. 20. fol. 77.

B. Aegy. in tract. de Inferno, c. 15. f. 44. col. 2. lit. A

D. Tho. in addit. ad 3. p. q. 97. art. 1. in corp. fol. 262. col. 1. num. 60.

Handwritten notes in the right margin, including 'X' and '75'.

Idem ibid.

quitur Angelicus Doctor, dicens: *Et sicut omnis creatura erit Beatis materia gaudii, ita damnatis ex omnibus creaturis tormentum accrescet.* 20. Disputant inter se Doctores, an damnati etiam ab ipsis Dæmonibus cruciandi sint, adeo ut ab ipsorum crudelitate magis augenda sit damnatorum pœna. Et videtur negativè responderi posse, cum injustum sit & inconveniens, quod is, qui gravius peccatum commisit, afflictorum, & cruciaturus sit hominem, cujus peccatum minus enorme, & quodammodo excusabile fuit. Confirmatur id ipsum ex paritate Angelorum beatorum; sicut enim hi non sunt præmiatim iustos, utpote qui suum ab ipsomet Deo præmium immediate expectant; ita quoque convenire nequaquam videtur, quod spiritus rebelles habitum sint potestatem animas in inferno cruciandi. Nihilominus S. Thomas in contrariam opinionem inclinatur, & dicit, quod doloris ignis tormentum aliquod superaddetur à dæmonibus insigendum, qui cum sint maligni, perpetui & capitalissimi nostri inimici, omnem, uti facile licet conjicere, adhibitori sunt opera, omniaque media attentabunt, ut acerbissima illis tormenta inferant, quæ per imaginationem nostram ullâ possumus ratione assequi. Et ratio est: *Quia omnes peccatores se diabolo subaliderunt peccando, ergo iustum erit, ut eis subiciantur in pœnis, quasi ab eis puniantur.* Idem ib. q. 89. a. 4. fol. 598. col. 2. n. 30. Postea verò Angelicus Doctor ex bonorum Angelorum paritate subjungit, dicens: *Verius tamen existimo, quod sicut ordo servabitur in salvandis, quo quidam à quibusdam illuminabuntur, & perficientur, ita servabitur ordo in pœnis, ut homines per dæmones puniantur. Et ideo sicut hominibus per Angelos bonos divinæ illuminationes deferuntur, ita etiam dæmones sunt executores divinæ justitiæ in malos.* Et Mag. sent. lib. 4. dist. 47. fol. 434. col. 1. lit. E.

D. Th. ib.

21. Pœnerunt [ut tu tibi forsitan persuades,] damnati hic respondere, se non futuros in inferno solos, ideoque per aliorum casdem miseria participantium societatem, se non parva fructuos esse consolatione, cum dicatur communiter: *Solatium est miseris, sociis habere pœnam.* Verum falluntur, qui id sibi persuadent; imò prorsus contrarium illis accidit, inquit Doctor Angelicus, *Ibi enim miserorum societas miseriam non minuet, sed augetur.* Et quid è con-

venienter ad hoc propositum sequentis difficultatis resolutionem à Vobis audire desidero: Dives Epulo in inferni incendiis constitutus, elevans oculos vidit Abraham Lazarum mendicem in sinu suo habentem, multaque fiducia Abrahamum rogavit, ut Lazarum in domum suam mitteret, ut is quoque fratribus suis, quos in terra superstitibus reliquerat, prædicatorem se exhiberet, monens eorum, ut bonis operibus vacarent, ne ad eundem tormentorum locum eos præcipitari contingeret: *Rogote Pater, ut mittas Lazarum in domum Patris mei, habeo enim quinque fratres, ut testetur illis, ne et ipsi veniant in hunc locum tormentorum.* Quenam est hæc hominis in inferno damnatorum constituti insolita charitatis ergone etiam in damnatis amorem erga proximum vigere dicemus? Nuncquid igitur interitino quodam adversus Deum, omneque illius creaturas odio ardent? Verum enim verò fallitis, si id in Epulone à charitate profectum esse creditis; non enim movebatur ab affectu charitatis, quæ erga fratres suos ferri eo in loco non poterat, sed a timore, quem habebat sui ipsius vehementius cruciandi, q. d. si fratres quoque mei in infernum præcipites acti fuerint, mea utique augebitur pœna, in immensum hæc flamma excrescent, si enim longe majora hæc incendia: *Purgatus dives* (inquit S. Gregor.) *ad dolens succumulum propinquorum absentium meminit, unde constat, quia eos ad augmentum supplicii paulo post potuit etiam præsentem videre.* Et S. Vinc. Ferrer. ser. 5. post 1. Dom. Quad. f. 131. col. 3. id ipsum affirmat, dicens: *Non loquatur ex charitate, sed ne pœna ejus augmentaretur, quia quanto plures sunt damnati, tanto magis augmentatur ejus pœna.*

22. Saltem ad minus aliqua ex omnibus creaturis præteritò erit, si ex Angelis, si ex Beatis, qui aliquam erga ipsorum miseriam exhibitori erunt compassionem; id quod non modicum illis pœnarum suarum sublevamentum conciliabit. Porro huic difficultati subitò & ex improviso respondere non possum, vobis tamen indulgeatur mihi tempus, ut Summam S. Thomæ pervolvam, fortasse enim tunc spectatam datus sum satisfactionem. Memini enim, quod in ejus Summa quaedam è quaestionibus suis viderim; ubi quaerit: *Utrum Beati, qui erunt in patri, videbunt pœnam damnatorum?* et respondet affirmativè: *Utrum Beati illi magis complacent.* Dixerem igitur, in quibus, quod cum

compaffio effectus fit charitatis, eaque in Beatis in gradu quodam eximio ac perfecto reperitur, eodem Beatos ad compaffionem aliquam movendos esse, indeque in miserabilibus damnatos aliquod necio quod lenitium reddi daturum esse. Respondet autem S. Th. compaffionem duobus modis considerari posse, scilicet, *vel per modum paffionis, vel per modum pietatis*, per quam alium proximum levare quis vellet à sua miseria, si possibile esset, & hæc compaffio reperitur in Deo, Angelis, & Beatis, respectu peccatorum, quamdiu in hac vita degunt, *utrum saltem volendo*. Et hoc modo dicitur, quod Beati secundum electionem voluntatis compaffiantur hominibus bonis, sed ista miseria patientibus, sicut etiam in hac vita compaffi sunt. Hæc autem compaffio in Paradiso celestis non invenitur respectu damnatorum; cum enim sciant, quod illa remissio superflua, vana & inutilis foret, et eorumdem compaffio. Unde ad eorumdem non debet esse compaffio, secundum electionem rectam; Et ideo Beati, qui eorumdem gloria, nullam compaffionem ad damnatos habebunt, inquit Doctor Angelicus: *Imò ut ait Palmita: Latabitur in Jesus, cum viderit vultum docere quis mihi per novam instantiam obicere, quod non habere pietatem erga matrem alterius in viatore sit reprehensibile. Ergo multo magis in comprehensore, & longè nobilioris est de malo & miseria proximi lætari. Respondet igitur, quod hoc, quod est lætari de malo alterius, duobus modis possit intelligi, *vel per se, & in quantum malum est, D. Th. ib. & hoc sensu Sancti de alienis malis nequam lætificabuntur: vel per accidens, & rursus alterius adiuncti, id est, considerando in eis retributionem divinæ iustitiæ, & hoc modo Sancti de peccatis impiorum gaudebunt.**

23. Verumtamen poenarum istarum genus generalissimum hoc est, quod futurae sint æternæ: *libent in supplicium æternum*. Nam si poenæ damnatorum post multos annorum miliones tandem aliquando terminandæ essent, malum ipsorum aliqua adhuc ex parte tollerabile futurum esset; ac verò æternitas illa damnatorum poenæ pondus quoddam ineffabile adjicit. Verum enim verò, David de damnatis loquens, dicit, eos velut oves in inferno commoratos esse: *Sicut oves in inferno pasci sunt, mors depascit eos*. Quidnam obsecro mansuetis ovibus commune intercedit, cum indo-

mitis bestiis damnatorum? Respondet Athanasius in Pf. 48. f. 160. quod *Mors gehenna depascit, corrodesque semper eos miseros, quia viventes semper moriuntur, & moriendo semper vivunt in poenis*. Ac verò Innocentius III & Hugo Cardinalis, in Pf. 81. fol. 145. col. 3. lit. B. n. 14. hanc similitudinem intelligunt de ove, pro eo tempore, quo herbam depascit, ideoque dicunt: *Sicut animalia depascunt herbas, & non penitus eradiciunt, sed radices remanent, unde iterum crescit herba: ita miseri in inferno à morte corrodemur, sed afflicti iterum referuntur ad poenas*. Et Innocentius III subjungit: *Sic impij quasi morte pasci, reviviscunt ad mortem, ut æternaliter moriantur*. Porro Job 10. patientiæ illusterrimum speculum, umbram mortis in inferno habitare dicebat: *Umbra mortis, & sempiternus horror inhabitabit*. Itane? In inferno umbra mortis degit? Itane, si ita res se habeat, res damnatorum in infelici adeo statu, uti hæcenus diximus, non stabunt; nam verum quidem est, quod umbræ terrefaciant, nullum tamen homini damnum adferunt. Cur ergo non dicit mortem, aut quid pejus morte in inferno habitare? Audite, si placet, intentum à patientiæ magistro mysterium: Umbra esse aliquid videtur, & non est; exhibet hominem, & non est homo; Infernus igitur, vel in inferno est umbra mortis, quia mortis quidem speciem refert, sed mors ibi non est; damnati ibidem quoque momento mortis poenas sustinent & semper nihilominus ibidem vivunt; Non est ibi mors, quia mors finis est omnium malorum, quæ tamen in inferno semper usque sine fine durabunt; Non est ibi mors, quia mors omnis esse terminus est: Damnati autem in inferno esse & puniri nunquam desinunt, sed ab eis in miserabili & infelici esse semper vivunt. Umbra mortis Infernus (inquit Gregorius Papa in cap. 10. Iob.) quia ibi mors sine morte, finis sine fine, defectus sine defectu est, quia ibi mors vivit, finis semper incipit, & deficere defectus nescit. Vnde in Apocalypsi 9. dicitur: *In diebus illis quarent homines mortem, & non invenient eam, desiderabunt mortem, & fugiet mors ab eis*. Et Albertus Patarvia in serm. 3. ser. 2. Dom. 1. Quadr. inquit: *Ibi est mors sine vita, & apud eos mors vivit, ut per passum moriantur*.

24. Scio equidem multos dejectum ex dictis animum suum denuo erigere per certam quandam ab Origine traditam opinionem

TTI
medicab
25.

hic enim, ut scribit Guilielmus Parisiensis, existimavit, *Omnes damnatos, tam Dæmones, quam homines, aliquando à pœnis liberandos, & bonis sociandos esse.* Verùm stultè faciunt, qui hunc doctrinæ innituntur; tales enim unius solius falsæ opinionis adherere malunt, quàm multorum sententiæ realitque verissimæ. Verùm audire mihi videor illos deusdè replicantes per adductam quandam S. Anselmi doctrinam, qui dicit, iniquum esse credere, quòd Deus ad pœnas sempiternas creaturam illam condemnet, quam in hunc mundum produxit, ad allequendam æternam beatitudinem: *Non est iustum, ut Deus creaturam, quam facit ad beatitudinem, omnino perire sinat.* Unde deduci posse dicunt, quòd tandem ad minus saltem in die iudicii salvandæ sint omnes & singulæ creaturæ. Sed ò te miserum! In hanc tu sententiam fiduciam tuam collocas? Hæcine tua spes est, cui inniteris? Etenim S. Anselmus hoc tantum vult dicere, quòd non omnes creaturæ absolute damnandæ sint, id est, non tota massa, vel omnia & singula individua. Observanda enim bene est dictio illa *Omnino*; per hanc innuere vult, quòd non omnes creaturæ rationales omnino damnandæ sint: Nequam autem dicere voluit, damnatos ad infernum, tandem aliquando salvandos, & ad Paradisum admittendos esse, ut cum Beatis gaudeant, sed potius, ut cum Dæmonibus æternas pœnas sustineant: *Itè in ignem æternum, qui paratus est Diabolo, & Angelis ejus.* Unde sicut Angeli & Sancti in æternum mansuri sunt in fruitione gloriæ cælestis Paradisi: ita quoque Dæmones & reprobi in æternum erunt & manebunt in inferno condemnati. Hoc est, quod S. Thom. docet, dicens: *Inconveniens est ponere, quòd justorum vita quandoque finiatur: Ergo inconveniens est ponere, quòd reproborum supplicium terminetur.* Vel dici poterit, quòd cum peccator Deum, qui objectum est infinitum, offenderit, debita quoque ei esset pœna in-

finita intensivè; at verò cum illius capax non sit, ad minus ei pœna quædam debetur, quæ infinita sit, quoad durationem; ac proinde dicitur: *Ibunt in supplicium æternum.*
 25. Verum enim verò, nescio, an aliquando reflexeritis ad id, quòd Ezechiel 10. de pœnis æternis loquens, dicit: *Stilla ad Africum, & dicitur: Ecce ego succendendam in te ignem, & non extinguetur flamma succensionis.* Verba hæc mihi ad intelligendum valde difficilia esse videntur, siquidem omnes inferni pœnas, quæ manibus bysso majores sunt, nullam quandam appellat; num fortè respectu illius, quòd Deus facere potest, illas stillam quandam vocat? Juxta expositionem Hugonis hoc Propheta vult dicere, quòd scilicet omne id, quòd de illis pœnis dicitur, stilla quædam sit, respectu illius, quòd verè realiter sunt. *Signanter dicitur stilla, quasi dicitur: quiquid offenderis & dixeris ipse, non est nisi modica, stilla commutationis meæ respectu ejus, quòd faciam;* adeo ut quantum plus de inferni pœnis dicitur, tantò amplius de his supersit dicendum; & quando credidero me factum satis de his locutum esse, tunc inveniam me respectu illarum nemini nullam stillam allicijus vitigium exponendo affectum esse. Concludam igitur verbis S. Basilii Magni, quæ indelebiter cordibus vestris inculpta esse desidero: *Hac time, & hoc timere correptus animam à peccatorum concupiscentia, tanquam frano quodam reprime.* Monitum istud, ò Christiane, caracteribus indelebilibus tibi imprime, ut evitare possis pœnam damni, quæ in privatione Dei consistit, nec non & pœnam sensus declines, quæ est pœna æterna; ac tandem cum Deo semper esse, Deum videre, Deum que diligere valeas, quòd ipse nobis per infinitam misericordiam suam concedat, Amen.